



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

155. Fer. 2. Qui sint tres panes petendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 2. Dom. 5. post pascha. 271

modi, unus laudis cum humilitate, secundum petitionis, ab illo autem priori exordium sumendum est: Atqui Eucharistia est Laus Dei, ab ejus igitur Communionem incipiam, memor moniti D. Ambr. in e. II. Luc. *Quis nobis amior, quam qui pro nobis Corpus suum tradidit*

MEDITATIO CLV.

Feria 2. Domin. 5. post Pascha.

Qui sint tres panes petendi.

Audiam Dominum loquentem: *Quis autem ex vobis Patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ovum, nunquid porriget illi scorpionem?* Petam intelligere verba Domini, & juxta ea orare.

Conf. 1. Quomodo Dominus per piscem intelligat Fidem Dei: ut enim piscis sub aquis nascitur, sic Fides per Baptismum invisibili gratia consecratur in homine, invisibili auxilio Dei nutritur, & invisibilium praeiorum intuitu operatur, & mundi fluctibus circumjactata non frangitur: per serpentem autem intelligit Dominus infidelitatem, quam serpens primus homini inspiravit.

Conf. 2. Quomodo Dominus per ovum intelligat Spem promissionum Dei: ovum enim nondum perfectus foetus, sed speratur: per scorpionem autem desperationem: quia

M 4 scor

272 *Feria 3. Dom. 5. post Pascha.*

scorpionis aculeus venenatus retro timendus est. Contrarium Spei est retro respicere: Spes enim in illa, quæ ante sunt, se extendit.

Conf. 3. Quomodo per Panem Dominus intelligat Charitatem, sine qua cætera nihil sunt, ut sine Pane mensa inops: per lapidem autem cordis duritiam indicari. Petam à SS. Trinitate liberari a serpente, scorpione, & lapide, & frui Fide, Spe, & Charitate.

MEDITATIO CLVI.

Fer. 3. Domin. 5. post Pascha.

Quomodo petendum sit, & quid.

Videbo tot petentes, & tam multos non impetrantes, respondente Jacobo c. 4. *Petitū, & non accipitis, ed, quidd malè petitis.* Petam intelligere quid, & quomodo orare debeam.

Conf. 1. Quomodo nos omnium simus pauperrimi homines, quia natura providit brutis victum, vestitum, arma, stabula, quietem, quorum nihil homini datum: Et è contrario, quomodo simus omnium divitissimi, quia quidquid petierimus, nobis promittit **DEVS:**

Conf. 2. Quidnam petendum sit: ad quod respondet Aug. hic docens, quomodo orandum, ut gaudium nostrum impleatur: *Plenum, inquit, erit gaudium, quando tantum erit,*